Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36484
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ac lacerta & talpa. omnia hęc inmunda sunt. Qui teti
gerit morticina eorum. inmundus erit usq; aduesperum.
Et sup quem ceciderit quicquam de morticinis eorum
polluetur. tam uas ligneum quam uestimentum. & pelles atq;
cilicia. & in quocumq; fit opus tinguentur aqua. et pollu
ta erunt usq; aduesperum. & sic postea mundabuntur.
Vas autem fictile in quo horum quicquam intro ceciderit pollu
etur. & idcirco frangendum est. Omnis cibus quem comeditis
si fusa fuerit sup eum aqua inmundus erit. & omne
liquens quod bibitur de uniuerso uase inmundum erit. Et
quicquid de morticinis istiusmodi ceciderit sup illud
inmundum erit. siue clibani. siue citropodes destru
entur. & inmundi erunt. Fontes uero et cisterne. et omnis
aquarum congregatio inmunda erit. Qui morticinum
eorum tetigerit polluetur. si ceciderit sup sementem.
non polluent eam. Sin autem quispiam aqua sementem pfude
rit. & postea morticinis tacta fuerit. ilico polluetur.
Si mortuum fuerit animal quod licet uobis comede
re. qui cadauer eius tetigerit inmundus erit usq;
aduesperum. Et qui comederit ex eo quippiam siue
portauerit. lauabit uestimenta sua. et inmundus
erit usq; aduesperum. Omne quod reptat sup terram abho
minabile erit uobis. nec adsumetur in cibum. Quicquid
sup pectus quadrupes graditur & multos habet pe
des. siue p humum trahitur non comedetis. quia abhomi
nabile est; nolite contaminare animas uestras. nec tan
getis quicquam eorum. ne inmundi sitis. Ego enim sum dns
ds uester. Sci estote. quia ego sctus sum. Ne polluatis ani
mas uestras in omni reptili quod mouetur in terra. Ego enim
sum dns qui eduxi uos de terra egypti. ut essem uobis